



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 41. Comitia Regni Parisiis celebrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

§. XLI.

Comitia Regni Parisiis celebrata.

*Hist. du
Parlem.
cap. 46.
Serran.
Franc. Hist.
Gramond. l. c.
Argentré
collect. Ju-
dic. tom. 2.
pag. 94.*

Die igitur vigesima septima Octobris, postquam omnes Ordinum Oratores in Augustinianorum Aula convenerant, solemniter per urbem supplicatione ad Basilicam Beatæ Virginis datum est comitiis initium. Nunquam major erat confluentium frequentia, nec unquam minor erat comitiorum utilitas: Ex Ecclesiasticorum Ordine, cui Joyosa Cardinalis præerat, convenere centum quadraginta Deputati. Nobilium Ordo, cujus Præses erat, Seneffeyus Baro ex centum triginta duobus constabat. Robertus vero Mironus Parisiensium Mercatorum Præfectus ac tertii seu plebæi Status Præses agmen ducebat delegatorum centum nonaginta duorum, qui totam referebant nationem. Nondum eo tempore Parisiensis Curia in frequenti hoc confessu Sedis prærogativam habebat, Universitas vero Parisina, ut admitteretur, supplici libello urgebat, quæ tamen petitio velut insolens communi omnium sibillo, effusisque cachinis rejiciebatur. Prima autem comitiorum die Rex in Aula Borbonica hujus conventus causas breviter exposuit, fa-
sius

fius per Cancellarium explanatas. Al- Sæc. XVII.
 tera die Ecclesiasticorum Ordo Paulet- A. C. 1614.
 tam (*) legem Reipublicæ maxime no-
 civam, ac propudiosam abrogari pete-
 bat: cum autem Tertius Ordo seu Ple-
 bæi, quibus ex hac lege haud exigua
 accedebat utilitas, hæc in suum præju-
 dicium proponi interpretarentur, po-
 tius juramenti religionem, qua se cun-
 cta ad Dei honorem, Ecclesiæ aug-
 mentum, Regis obsequium, & Regni
 tranquillitatem procuraturos sponde-
 bant, infringere, quam Ecclesiasticis
 assentire decreverant. Tantum impe-
 dit commune Reipublicæ bonum pri-
 vati dispendii formido: Ut igitur vicif-
 sim Clero molestiam inferrent, mox
 thesin illam toties agitatum in medium
 producunt: *nullam esse potestatem in tem-
 poralibus supra Regiam, hancque uni im-
 mediate Deo subjectam, nullisque obnoxiam
 interdictis.*

T 4

§. XLII.

(*) Hanc legem excogitabat, rem admi-
 nistrante Sullio Duce, quidam nomine *Paul-
 letus*, cautum ea erat, ut omnes, qui Ma-
 gistratus quoddam officium obtinuissent, quo-
 tannis sexagesimam ex officii sui redditibus
 partem Regi solverent, eo commodo, ut hoc
 officium certo transfiret ad eorum hæredes,
 quibus demum integrum foret, illud aut ac-
 ceptare, aut aliis vendere.